



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 6. Cebennensium Hugonotarum rebellio contra Franciæ Regem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII.

A.C. 1702.

§. VI.

*Cebenensium Hugonotarum rebellio  
contra Franciæ Regem.*

*Calmet hist.* Recrudit hoc anno Cebenensium Cal-  
*Univ. l. 155.* vinistarum rebellio, cuius Autho-  
*pag. 171.* res a Galliarum Rege oppressos, jam  
*Hode Hist.* alibi memoravimus: cum autem Cal-  
*de Louis XIV. l. 55.* vinianæ sectæ hydra nil solemnius ha-  
*Vid. supra l. 210.* beat, quam, dum ejus capita per partes  
*§. 44.* resecta mox renascuntur, ipsa tum rictus  
*pag. 523.* suos eo atrocius exerat, ita etiam Ce-  
*tom. 65. l. 209.* bennenses Occitaniæ populi, infaustæ  
*§. 46.* Albigensium & Waldensium reliquæ,  
*pag. 220.* ferme ad incitas redacti, postquam ad  
Calvini castra transferunt, identidem  
seditiosis motibus in Regem & Catho-  
licos sœvire cœperunt. Evidem re-  
vocato Nannetensi edicto eorum non-  
nulli, potius pœnarum metu, quam  
agnitæ veritatis amore fidem Catho-  
licam amplectebantur, aut potius am-  
plete simulabant; secreto enim sectæ  
Calvinianæ exercitiis consuetisque de-  
liriis suis fanaticis vacabant; avide  
præstolantes propitium temporis mo-  
mentum, quo palam hæresis suæ liber-  
tatem armis vindicare possent: Per-  
opportunum eis acciderat bellum ex-  
terum, quod Gallis infaustum fore  
præsagiebant foedera potentissimorum  
Prin-

Principum contra Ludovicum Franciæ Sæc. XVII.  
Regem inita: infelices quoque Cebennenses ad arma capeſſenda ſtimulabant  
Angli & Batavi, qui hosce fanaticos  
rebelles fratrum nomine honorabant,  
eorumque ſeditione ac bello doméstico  
Galicas vires distractum iri ſperabant:  
Ut vero apertæ rebellionis calumniam  
a ſe amoſſirentur, pro more ſuo ſedi-  
tiosos motus ſpecioſo neceſſariæ deſen-  
fionis obtentu honestare, die decima  
quinta Martii edito ſcripto fatagebant;  
cauſſabuntur igitur, quod iſiſ Neo-  
converſis graviora, quam ceteris Ca-  
tholicis imponerentur tributa, & Præ-  
fecti regii eos in adoptata religione  
Catholica perſiſtere cogerent, necnon  
Chaylanus Abbas duas cujusdam No-  
bilis filias de hæreſi ſuceptas non ad  
Monasterium, uti conuentum fuifſet,  
ſed ad arces suas detruſerit. Hæc pri-  
ma erant innovatæ rebellionis argu-  
menta: Postquam vero Mense Junio  
quidam regii tributorum exactores hoc  
anno in Cebenneniū pagis nonnul-  
los, qui tributum ſolvere præfracte re-  
cusabant, capite damnarunt, hi fanati-  
ci apertæ rebellionis vexillum attol-  
lere statuerunt: primo igitur hosce ex-  
actores inſano furore in eorum ædibus  
noctu invadunt, eosque unacum ex-  
actionum ſchedis ad collum appensiſis

A.C. 1702.

*Hift. Eccles. Tom. LXVII.*

C ex

Sæc. XVII ex arboribus vicinis suspendunt, postea  
A.C. 1702. confractis; crematisque sacris imaginibus, vasis sacris profanatis, incensis Catholicorum Ecclesiis, fæderotibus ad Altare jugulatis ubique cruenta Calvinianæ crudelitatis vestigia relinquent. Ut ergo hisce violentiis tempestive repagulum objiceretur, Brogilius Comes supremus Provinciæ Præfectus copias suas unacum Montpeſſulanis Satellitibus in hosce rebelles emisit, qui etiam, quos deprehendere poterant, promeritis pœnis plectebant. Verum condigna hæc severitas ceteros adeo non ad criminis detestationem permoverat, ut etiam efferatiōes effecti, magno numero confluenter, & spurio ſectæ Zelo animati, totam alpium regionem, pagos & oppida rapienis, incendiis, omnique crudelitatum genere vastarent, ac obvios quoſque Parochos, Sacerdotes & Religiosos misere trucidarent: Postea continuato violentiæ cursu eorum ferme quingenti usque ad Alesianæ Provinciæ fines excurrerunt, qui tamen aucto regii militis numero ad inaccessas alpes receſſerunt, tres vero eorum deprehensi, capitali rota interempti sunt: cum horam rebellio tam violentiarum enormitate, quam confluentium Calvinistarum numero indies magis magisque invalesceret,

ret, Ludovicus Rex Montrevellium  
 Marescallum cum valido agmine emi- Sæc. XVII.  
A. C. 1702.  
 sit, ut hosce furiosos ad officium redi-  
 geret: Hic die decima Februarii anni  
 sequentis ad Pontem S. Spiritus pene-  
 trans, cunctis rebellibus (exceptis ta-  
 men præcipuis seditionis Authoribus)  
 delicti veniam obtulit, si positis armis  
 ad obsequium reversuri essent. Verum  
 hi quosdam excludi indignantes, bel-  
 lum prosequi statuerunt, Anglico Ba-  
 tavoque auro & armis suffulti, necnon  
 rebellionis mox in toto Regno erupturæ,  
 ac divini auxilii, quod Enthusiaſtæ  
 quidam eis pollicebantur, spe ac fidu-  
 cia excitati: Animis igitur ad novas  
 crudelitates restauratis ipsam quoque  
 patriam cæde, incendio, rapinis &  
 clade vastant, diripiunt Catholicorum  
 ædes, agrestium vicos & villas exscin-  
 dunt, agros exurunt, ac præcipue  
 Catholicos, Sacerdotes & Religiosos  
 barbara crudelitate interficiunt: sæpe  
 cum regio milite confligunt, infausto  
 plerumque successu; unde incensis eo-  
 rum pagis non pauci aut gladiis aut  
 laqueo periere: nihilominus tantopere  
 eorum excreverat numerus, ut in de-  
 cem agmina divisi præcipuas Langue-  
 dociæ Urbes insiderent, ac publico pro-  
 clamate suam seditionem honestare  
 præsumerent. Aucta demum audacia

C 2

fuis

Sæc. XVII. suis copiis Præfectum nomine Cavalier.  
A. C. 1702. rum jam olim suæ factionis Ductorem  
præfecere, ac die decima tertia Aprilis anno hujus sæculi quarto ad S. Genesii oppidum penetrantes, urbem omni  
commeatu spoliarunt, incensoque Templo, & Catholicorum ædibus non paucos, imo ipsum quoque Parochum trucidarunt, pari immanitate Calvisonen-  
ses Catholicos oppressuri: ast a regiis  
copiis invasi, in fugam acti sunt, trucidatis eorum sexcentis, ceterisque ad  
alpes retrusis. Revocato Montreveil-  
lio, Villarsius Marescallus eidem sub-  
rogatus, ex rebellibus Primores con-  
vocari jussit, eisque Regis nomine pol-  
licitus est, cunctis præteriorum obli-  
vionem indultum, captis proscriptis-  
que libertatem, bonaque ærario ad-  
dicta restitutum iri, dummodo sincere  
ad Regis obsequium reverti vellent,  
liberum etiam Cavaliero sibique adhæ-  
rentibus fore, ut Regno exceedere pos-  
sent. Oblatis cessit Cavalierus, quem  
tamen rebelles præcipui tanquam pro-  
ditorem, ac perfidum fratrem execra-  
bantur, atque a Rolando novo Ductore  
animati, rebellionis telam pertexere  
cæperant: quo tamen trucidato, &  
quinque aliis seditionis Authoribus  
captis, ac rotæ suppicio multatis,  
cæteri bina clade protriti amissis suo-  
rum

Vid. l. c.  
pag. 257.

rum ferme bis mille, oblatæ veniæ Sæc. XVII.  
gratiam acceptarunt, eorumque non pauci regiis publicæ securitatis literis  
muniti venditis suis bonis e Regno in Angliam, aliasque regiones emigrarunt. Hic demum exitus fuit Calvinianæ rebellionis novissimæ, qua tam Hugonotæ ipsimet comprobatum reddebat, quam æqua & necessaria fuerit revocatio Nannetensis edicti, quo vigente, & paucis licet Calvinistis etiamnum toleratis, nunquam Franciæ Regnum ab intestino tumultu quietem sperare potuit: quapropter quamvis horum rebellium manipulus sæpius postea seditiones ciere tentaret, semper tandem Ludovicus eos tanquam Regni perturbatores repressit, maluitque in exscindenda hac peste vires suas atteri, quam eos tolerando Religionis officiis deesse: Ea etiam de caufsa in Arausionensi Principatu, quem a Contio Principe receperat, Calvinistarum Templæ occludi ac denuntiari jussit, se non nisi religionem Catholicam in Regno suo permisurum, qui ergo eam amplecti renuerent, divenditis bonis suis Regno excederent: quapropter Calvinistarum non pauci relicts etiam bonis suis clam aufugere, & navibus, quas Tulonii & Massiliæ ad eos deportandos Rex paratas haberi præcepit, uti de-

C 3 digna-

Sæc. XVII. dignabantur. Ita nempe omnis sectæ  
A. C. 1702. comes individuus est insana perti-  
nacia.

## §. VII.

*Carolus Thomas Turnonius ad Sina-  
rum Imperium missus.*

*Clem. XI.  
Brev. &  
Epist. p. 132.*

Jam anno priori summus Pontifex Ca-  
rolum Thomam Turnonium Patriar-  
cham Antiochenum unacum aliquot  
pietate & doctrina probatis Viris tan-  
quam Visitatorem Apostolicum in Si-  
nas mittere decreverat, ut de contro-  
versis Sinensium ritibus referret, &  
summi Pontificis, necnon Sacræ Con-  
gregationis decreta desuper condenda  
executioni daret. Hic igitur die duo-  
decima Julii hoc anno perarduum hoc  
iter aggressus est, Pontifex vero jam  
die septima Januarii ad Franciæ & Hi-  
spaniæ Reges literas dabat, enixe ro-  
gans, ut eundem hunc Vicarium, ejus-  
que expeditionem juvare ac fovere ve-  
lint. Pariter utriusque Tartariæ & Si-  
narum Imperatorem datis die vigesima  
Junii literis rogabat, ut pro ea, qua  
ab omnibus commendatur, animi ma-  
gnitudine Turnonium Præfulem tot  
tantisque dotibus exornatum liberali-  
ter recipere, eidemque plenam fidem  
in iis, quæ Pontificis nomine explicata  
turus